



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

VII. Quia adhuc in terris admissa ad visionem beatificam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

Facit extasim Divinus amor, non dimittens sui ipsorum esse amantes, sed amarorum. Quocirca Deus erat Virginis, & Virgo Dei, ita S. Paulus amans dicebat. *Virgo ego sum non ego, sed vivit in me Christus.* In quam rem facit quod dixit Petrus Damiani *serm. de Annunt.* A Domino electam & præelectam, totam eam rapturus erat sibi Spiritus S. & cælestibus insigniturus ornamentis. Inde veneratio tanta secuta in Angelis, quantam in uno eorum notavit *Laur. Justinian. Sermon. de Annunt. ipsius (Virginis) gratiæ plenitudinem cælestis nuntius præsensit, cognovit, manifestavit, & dixit: Ave gratiæ plena, salutat illam tanquam sibi Dominam honoreque dignissimam, atque à Deo singulariter electam, & dilectam.*

7. Quia adhuc in terris admissa ad Visionem beatificam.

Consentiunt in hoc non pauci Patrum ac Doctorum. *Rupertus lib. 3. in cantie.* Albertus Magnus in *Mariæ cap. 132.* S. Antoninus 4. p. tit. 15. c. 17. Gerson in *Magnificat. Divin. Caribus.* & multi Scholastici inter quos *Suarez in 3. p. disputat. 19. sect. 4. idem sensisse videtur S. Cyprianus sermone. de Nativitate.* Virgini debebatur abundantior gloria, quâ Spirituali, & corporali intus, & extra Christi præsentia fruebatur. S. Hieronymus *tomo 9. Sermon. de Nativitate.* Quotidie Divinâ visione fruebatur, quæ eam à malis omnibus custodiebat, & bonis omnibus redundare faciebat. S. Petrus Damian. *serm. 1. de Nativit.* Considera quia ipsa est, quæ in contemplatione dignitatis supervecta dulcedinem, in ipsius Dei substantiam lucidiores defixit obtutus; sed ut certum videtur non fuisse illi hanc visionem toto vitæ continuam tempore, ita ambigitur quando fuerit concessa. Alij in conceptione sua, alij in Filij, Alij in ejusdem natiuitate, alij in resurrectione, alij denique putant in morte, sed Gerson in *Magnificat. alphabeto 82. Lit. Q.* Lumen illud immensum stillabat aliquoties ad oculum mentis, intuendum se inde præbens, qualiter in via vidisse DEum Moyses, & Paulus existimantur. S. German. *Constantinop. orat. in dormit.* In hoc mundo Virgo degens, non peregrinabaris à Cælesti commercio. Subscribit illi *Rupert. lib. 3. in Cant.* Si enim dixit quisquam se fuisse raptum in paradysum, sive usq; in tertium cælum, & audisse arcana verba quæ non licet loqui, quantò magis tu Regina Cælorum per sæpe Cælestibus interfuisti?

8. Quia est Delicia Dei.

Merito à *Laur. Justiniano serm. de Nativit.* B. Virg. appellatur Filia præelecta Patris æterni. A S. Method. *orat. de Hipap.* Thesaurus amoris Dei Patris. Erat enim ut S. Bonav. *docet speculi, c. 5.* verè Paradysus Dei in benedictionibus multiplicium deliciarum spiritualium. Quod veluti prosequendo *Petrus Damian. serm. de Annunt.*

Annunt.